


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

P. N.

47, -63

DA. Box

LN 520

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

RV
TA
S

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

RVDIMENTA IOHANNIS DESPAVTERII DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS.

HAFNIÆ,
Excudebat Matthias Vinitor,
ANNO
M. D. LXXXV.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

RVDIMENTORVM Grammaticæ Ioannis Deſpaute-rij Niniuitæ ſtudioſo puero

HERMANNVS TVLICHIVS.

PAlladias recta puer euaſurus ad artes,
  Grammaticen certa deſpice lege ducem.
Cõmoda quæ monſtrat rudibꝰ cõpendia plan-
  Ne ſalebræ laſſent impediantqꝫ pedes (tis
Non temere ingenti ſpacio ſunt mollia cura
  Conficienda, breui vix ſatis æqua viæ.
Nec tener eſt animus numeroſa mole grauãdus
  Codices infirmũ quod modo parua docent.
Id quia proſpexit, facilem Niniuita libellum,
  Pro modulo captus ingenijqꝫ dedit.
Cui ſimul innocuæ iunxit munuſcula vitæ,
  De veri ſacra relligione Dei.
Hic pariter tenero ſtudias, hortamur ab æuo,
  Acturus vitam non ſine fruge puer.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

DESPAVTERIVS TYRVNCVLIS SVIS S. D.

GRAMMATICAE RVDIMENTA vobis dictanda cenſui, Tyrunculi dilectiſsimi, quorum cauſa lapidem (vt aiunt) omnem moueo, quo vobis proſim, etſi gloriæ minimum, inuidiæ autem plurimum hinc aſſequar. Veſtri itaque fecit amor, ne ad minima quidem demittere me recuſauerim, ſed quæ (vt Fabius ait) ſi negligas, non ſit maioribus locus. Correxi quicquid in iuuenum introductorio libello apud noſtrates vulgatiſsimo videbatur mancum falſum, aut ſuperuacaneum. Donatum plurimis in locis enucleaui, breuis fui, vt maximè valui, iuxta Horatianum illud. Quicquid præcipies eſto breuis. Multa ex induſtria omiſi, ſufficere hæc arbitrans Grammaticæ veſtibulum adeuntibus, & adhuc vereor ne ſum nimius. Ideo præceptores oro, vt cuiuſque diſcipuli captum diligenter trutinent, ne ſtulto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

rum more ab aſino lanam petant & meminerint Horatij dicentis. Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat, Hunc itaqꝫ libellum è doctiſsimis excerptum, hilari fronte ſuſcipito ingenioſa pubes, & Horatio auſcultans, Nunc adhibe puro pectore verba puer, Nunc te melioribus offer.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu.

Valete Tyrunculi dilectiſsimi, & Deſpauterium redamate. Bergis pridie Diuorum Simonis & Iudæ. Anno 1520.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

QVam artem profiteris? Grammaticam. Quid eſt Grammatica? Eſt ars recte ſcribendi, recteqꝫ loquendi.

Quot ſunt partes Grammatices? Quatuor. Quæ? Litera vt p, r, o, Syllaba vt pro, Dictio vt profiteor, id eſt, doceo vel diſco. Oratio vt quam artem profiteris Adoleſcens, id eſt, diſcis.

Quid eſt Litera? Minima pars vocis compoſitæ, quæ ſcribi poteſt indiuidua.

Vnde dicitur litera? A litura, quam patitur plerumqꝫ.

Quot ſunt litteræ? Viginti duæ. Quæ? a b c d e f g i k l m n o p q r s t u x y z.

Quare omittis h? Quia h litera non eſt, ſed aſperationis nota.

Quare omittis & 9? Quia literæ non ſunt, ſed ſyllabarum compendia ſiue abbreuiationes. Habent ne literæ aliud nomen? Habent. Dicuntur etiam Elementa. Quare? Nam vt ex Terra, Aqua, Aere, & Igni corpus conflatur, ita ex literis ſyllabæ dictioneſqꝫ conſtant.

Differunt ne aliquid litera & Elementum? Etiam, ſi proprie ſumimus, nam Litera ſcribitur, Elementum vero profertur, ſed differentia raro obſeruatur.

Quotuplex eſt Litera? Duplex. Quomodo? Vocalis & Conſonans.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quot ſunt vocales? Quinq;. Quæ? a, e, i, o, u, quibus additur y, Græca.

A quare dicitur Vocalis? Quia per ſe plenam vocem facit.

Quot ſunt Conſonantes? Sedecim. Quæ? b, c, d, e, f, g, k, l, m, n, p, q, r, s, t, x, z.

Quare litera dicitur conſonans? Quia cum vocali ſonat, vt b cum e, k cum a, q cum u, x cum i, cum o nulla ſonat.

Quot vocales fiunt conſonantes? Duæ. Quæ? i & u. Quando? dum locantur ante vocalem in eadem ſyllaba, vt Ianua, Ieiunium, adijcio, iocus, iuuo, vanitas, veritas, vita, votum vultus.

Fit id ſemper? Non. Vbi non fit? in Græcis, & Hæbreis, i manet Vocalis, vt Ieſus, Iaſon, Beiamin, Iacobus, Ieſſe, Iaſpis, Ioannes, Iobus &c.

Quæ ſunt duplices? Duæ. Quæ? x pro cs. vel gs, & z pro ſſ, vt pro pax pacis, gaza pro gaſſa.

Quot ſunt mutæ? Nouem. quæ? b, c, d, f, g, k, p, q, t.

Quot ſunt liquidæ? Duæ. Quæ? l, r, Olim etiam n & m.

Quare dicuntur mutæ aut liquidæ? Hoc & multa talia, Chriſto duce, diſcemus alibi.

Quid eſt Syllaba? Eſt ſonus vocalis cum conſonante vel ſine conſonante, vnico ſpiritu pro-

latus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

latus vt a, ab,abs,grus,ſtans,ſtirps. Nunquam ſyllaba excedit ſex literas.

Quæ ſyllaba ſit ſine vocali? Nulla.

Quæ eſt regula de ſyllaba Ti?Eſt hæc.Quoties poſt ti ponitur vocalis, tunc ti profertur per ci, vt gratia,tentatio, doctior.

Quot modis hoc verum non eſt? Tribus. Quibus? Præcedente x aut s, vt quæſtio,mixtio. Differentia impediente, vt litium, vitium. Et cum nomen græcum fuerit, vt tiara, mantia, Matthias.

Da ex duabus vocalibus ſyllabam. Au. Quomodo vocatur? Diphtongus.

Quid eſt diphtongus? Eſt conglutinatio duarum vocalium,vim ſuam in eadem ſyllaba retinentium.

Quot ſunt diphtongi? Quatuor,Quæ?æ œ, au, eu. Nonnunquam etiam ei, vt Aeneas, cœna, audio, euge, & hei. Scribuntur & proferuntur omnes? Etiam, ſed in æ & œ vix auditur a vel o, Qui aliter docent, doctiſſimorum autoritate conuincuntur,Priſciani ſcilicet, & omnium veterum.

Quid eſt dictio? Minima pars orationis aliquid ſignificans, vt homo.

Quid eſt oratio? Eſt dictionum congrua ordinatio, vt homo albus.

Partes orationis quot ſunt?Octo.Quæ?No-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbium, Participium, Coniunctio, Præpoſitio, Interiectio.

Quot partes orationis ſunt declinabiles? Quatuor. Quæ? Nomen, Pronomen, verbum & Participium. Verbum quidem per modum & tempus, reliqui per caſum.

Quot ſunt partes indeclinabiles? Quatuor. Quæ? Aduerbium, Coniunctio, Præpoſitio, Interiectio.

DE NOMINE.

Dominus quæ pars orationis? Nomen. Quare? Quia ſignificat ſubſtantiam cum qualitate propria vel communi. Dic ſecundum Donatum. Quia Dominus eſt pars orationis cum caſu corpus aut rem proprie communiterue ſignificans.

Quid eſt corpus? Quicquid ſentitur, vt Lapis, Aer.

Quid eſt res? Quicquid nullo ſenſu percipitur, vt Angelus, Anima, Virtus.

Dominus quale nomen eſt? Subſtantiuum. Quare? Quia poteſt per ſe cum verbo ſtare in ſenſu perfecto, vt Dominus regnat.

Albus quale nomen? Adiectiuum. Quare? quia non poteſt per ſe ſtare cum verbo in ſenſu perfecto. Nam albus ſedet non dicimus, ſed oportet exprimere vel ſubaudiri homo, aut quid ſimile.

Sub-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Subſtantiuum quot modis declinatur? Duobus. Quibus per vnum genus, vt hic dominus, hæc Domina. Per duo genera, vt hic & hæc Sacerdos, Parens.

Adiectiuum quod modis declinatur? Tribus. Quibus, per vnum finem, vt fœlix. Per duos, vt fortis, forte. Per tres, vt bonus bona bonum.

Quotuplex eſt adiectiuum? Triplex. Quomodo? Nomen, vt bonus, Pronomen, vt meus, Participium, vt lectus.

Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Caſus, quibus iūgimus cū declinatione ſpeciem.

Quot ſunt qualitates nominum? Duæ. Quæ? Propria & appellatiua, vel communis.

Dominus cuius qualitatis? Appellatiuæ. Quare? Quia niſi res deſinit multorum nomen eſt in vnica ſignificatione.

Roma cuius qualitatis? Propriæ. Quia in vnica ſignificatione vnius nomen eſt.

Quid eſt qualitas? Diſtinctio Communis a proprio nomine.

Dominus comparatur? Minime, Cur? Quia eius ſignificatio augeri vel minui nequit in comparando.

Albus comparatur? Ita Quare? Quia eius ſignificatio poteſt augeri vel minui in comparando, vt albus, albior.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Dominus cuius gradus comparationis? Nullius. Quare? Quia nullum nomen ſubſtantiuum comparatur.

Albus cuius gradus comparationis? Poſitiui. Quare? Quia ſignificat rem ſuam ſine exceſſu.

Quot ſunt gradus comparationis? Tres. Qui? Poſitiuus, vt doctus. Comparatiuus, vt doctior, Superlatiuus, vt doctiſsimus.

Albior cuius gradus comparationis? Comparatiui. Quare? Quia ſignificat rem ſuam cum exceſſu non in ſummo.

Quæ eſt comparatiui terminatio? In or ſub communi genere, & in us ſub neutro, & ſemper eſt tertiæ declinationis, vt hic & hæc albior, & hoc albius.

Albiſsimus cuius gradus comparationis? Superlatiui. Quare? Quia ſignificat rem ſuam cum exceſſu in ſummo.

Quæ eſt terminatio Superlatiui? In mus, ma, mum.

Albior vnde formatur? Comparatiui & Superlatiui formationem, Deo duce, in alio diſcemus libro.

Quid eſt Comparatio? Eſt rei ad rem collatio.

Genera nominum quot ſunt? ſeptem, quæ? Maſculinum, Fœmininum, Neutrum vel medium, Omne, Epicœnum vel promiſcum, aut ſub commune & dubium.

Qua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quare Donatus non ponit niſi quatuor? Imo ponit ſex. Quia addit omne & Epicœnum, Dubium ſub reliquis facile intelligitur.

Dominus cuius generis? Maſculini. Quare? Quia declinatur cum hic, vt hic Dominus.

Muſa cuius generis? Fœminini. Quare? Quia declinatur cum hæc, vt hæc Muſa.

Templum cuius generis? Neutri. Quare? Quia declinatur cum hoc, vt hoc templum, hoc ſcamnum.

Sacerdos cuius generis? Communis. Quare? Quia declinatur cum hic & hæc, vt hic & hæc Sacerdos, parens, aduena.

Fœlix cuius generis? Omnis. Quare? Quia declinatur cum hic, & hæc, & hoc, vt hic & hæc & hoc Fœlix, audax, ſapiens.

Paſſer cuius generis? Epicœni. Quare? Quia ſub vno articulo Maſculum & Fœmellam ſignificat, vt hic paſſer, hic miluus, hæc Aquila, hæc Muſtela.

Vulgus cuius generis? Dubij. Quare? Quia pro eadem re, in diuerſo genere reperitur, hic vel hoc vulgus, hoc vel hæc halec, hic vel hæc finis, dies.

Quid eſt genus? Eſt maſculini a cæteris diſtinctio.

Dominus cuius numeri? Singularis. Quare? Quia in ſingulari declinatur.

Homi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Homines cuius numeri ? Pluralis. Quare ? Quia in plurali declinatur.

Quot ſunt numeri in nomine? Duo. Qui ? Singularis, vt hic Magiſter. Pluralis vt hi Magiſtri.

Quid eſt numerus? Eſt Singularis a Plurali diſcretio, Iacobus, Roma, Tyberis.

Quomodo habent in plurali? Carent plurali. Quare ? Quia omnia propria, vt propria ſunt, plurali carent, niſi ſint tantum pluralia, vt Athenæ.

Cur dicis, vt propria ſunt ? Quia propria pro multis eiuſdem nominis, propriorum naturam perdunt, vt Piſones, Iacobi, Scipiones &c.

Dominus cuius figuræ ? Simplicis, Quare ? Quia nequit diuidi in duas partes, vel plures intelligibiles prioris ſenſus capaces, Nam do & minus, nihil faciunt ad ſenſum, qui eſt in dominus.

Reſpublica cuius Figuræ ? Compoſitæ. Quare ? Quia poteſt diuidi in duas vel plures partes intelligibiles prioris ſenſus capaces.

Quoto modo Reſpublica componitur? Primo. Quare? Quia componitur ex duobus integris.

Municeps quoto modo componitur ? Secundo. Quare ? Quia fit ex duobus corruptis. Da integra. Munera capiens.

Impe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Imperterritus quoto modo componitur? Vltimo. Quare? Quia fit ex compluribus.

Quot modis nomina componuntur? Dic vt Donatus.

Quare non ponis cum Priſciano figuram decompoſitam, vt magnanimitas, impotentia? Quia rectius ex Figura deriuatio eſt, quam Figura.

Quid eſt Figura? Eſt ſimplicis a compoſito diſtinctio.

Dominus cuius caſus? Nominatiui. Quare? Quia in eo caſu declinando reperitur.

Quot ſunt caſus? Sex. Qui? Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus, Ablatiuus.

Quot recti? Duo. Qui? Nominatiuus & Vocatiuus.

Quot obliqui? Quatuor. Qui? Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, & Ablatiuus.

Quid eſt caſus? Eſt declinationis gradus.

Dominus cuius declinationis? Secundæ. Quare? Quia eius Genitiuus deſinit in i, & Datiuus in o, ſic etiam Magiſter, templum &c.

Muſa cuius declinationis? Primæ. Quare? Quia eius Genitiuus cum Datiuo deſinit in æ diphthongon, ſed nominatiuus in e, facit Genitiuum in es, vt Muſa muſæ muſæ, Pentecoſte pentecoſtes pentecoſte.

Homo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Homo cuius declinationis? Tertiæ. Quare? Quia eius genitiuus in is deſinit, & datiuus in i, vt Homo hominis homini, ſic pater, panis, ſacerdos, fœlix, audax &c.

Manus cuius declinationis? Quartæ. Quare? Quia eius genitiuus in us deſinit, & datiuus in ui, vt manus manus manui, ſic fructus, vſus, &c. Sed nominatiuus in u, in ſingulari non mutatur, vt cornu.

Species cuius declinationis? Quintæ. Quare? Quia eius genitiuus cum datiuo in ei deſinit, vt Species, ſpeciei, ſic res, dies, facies, requies, &c.

Quot ſunt nominum declinationes? Quinq;. Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta.

Quid eſt declinatio? Eſt dictionis per caſus in fine variatio.

Cuius declinationis eſt vnus? Nullius in nomine. Quare? quia habet ſecundam declinationem pronominis, vt vnus, vna, vnū, vnius, vni.

Quot ſunt talia? Nouem. Quæ? Vnus, vllus, vter, nullus, ſolus, alter, alius, totus, & quis vel qui cum ſuis compoſitis, vt aliquis, quidem &c.

Quot ipſorum habent vocatiuum? Tria. Quæ? Totus, ſolus & vnus.

Dominus cuius ſpeciei? Deriuatiuæ. Quare? Quia deriuatur ab alio.

Vnde deriuatur dominus? A verbo domo, as, qui domat & regit ſubditos, & quæ ſua ſunt.

Deriua-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Deriua aliquid à Dominus, Dominicus, a, um, & Dominicus viri nomen.

Res cuius ſpeciei? Primitiuæ. Quare? Quia à nullo deriuatur.

Quot ſunt ſpecies? Duæ. Quæ? Primitiua & Deriuatiua.

Quid eſt Species? Eſt Primitiui a Deriuatiuo diſtinctio.

Dominus cuius Perſonæ? Tertiæ. Quare? Quia eſt nobis Regula. Omne nomen, omne pronomen, & participium eſt tertiæ perſonæ. præter ego cum ſuis caſibus, quod eſt primæ, & tu cum ſuis caſibus, quod cum omni vocatiuo eſt ſecundæ perſonæ.

Quomodo declinatur Dominus? vt Magiſter, ſed habet in vocatiuo domine. Declina dominus per regulas Donati, aut per agnitionem. Non diſcimus agnitionem Donati. Quare? Quia declinationum regulas ex alio libro perfectius, Chriſto fauente, diſcemus.

DE PRONOMINE.

EGO quæ pars orationis? Pronomen. Quare? Quia loco proprij nominis ponitur, & certam ſignificat perſonam. Dic ſecundum Donatum. Quia ego eſt pars orationis, quæ pro nomine poſita, tantundem pene ſignificat, perſonamq; interdum recipit.

Vnde dicitur Pronomen? A pro & no-

men,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

men, Quia pro nomine ponitur, ne nominis iteratio faſtidium pariat.

Quot ſunt Pronomina? Quindecim. Quæ? Ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras.

Quot habent vocatiuum? Quatuor. Quæ? Tu, meus, noſter, noſtras.

Pronomini quot accidunt? Sex. Quæ? Species, Genus, Numerus, Figura, Perſona, Caſus cum declinatione.

Quare omittis qualitatem? Quia, quis vel qui, quæ, quod, aliquis, talis, qualis & plura propter quæ Donatus qualitatem anumerat, & ante dixerat perſonamq; interdum recipit. Pronomina non ſunt, vt recte docet Priſcianus. Cur ita? Quia proprium eſt pronominis pro alio proprio nomine poni, & certam ſignificare perſonam, hoc iſtis non conuenit, ergo nomina ſunt, non Pronomina.

Ergo cui ſpeciei? Primitiuæ. Quare? Quia a nullo deriuatur.

Quot ſunt Pronomina, primitiuæ ſpeciei? Octo. Quæ? Ego, tu, ſui, ille, iſte, ipſe, hic & is.

Meus cuius ſpeciei? Deriuatiuæ, Deriuatur enim a mei genitiuo pronominis ego.

Quot ſunt Pronomina deriuatiuæ ſpeciei? Septem. Quæ? Meus a mei vel mis. Tuus a tui vel tis, Suus a ſui, Noſter & noſtras a no-

ſtrum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

ſtrum vel noſtri. Veſter & veſtras à veſtrum vel veſtri.

Quot ſunt ſpecies? Duæ,&c. vt in nomine

Ego cuius generis? Omnis. Quare? Quia omni generi conuenit, vt ego vir, ego fœmina, ego mancipium.

Quot ſunt Pronomina omnis generis? Quinq;. Quæ? Ego, tu, ſui, noſtras, veſtras.

Ille cuius generis? Maſculini. Quare? Quia maſculino conuenit, vt ille puer.

Illa cuius generis? Fœminini. Quare? Quia fœminino conuenit, vt illa menſa.

Illud cuius generis? Neutri. Quare? Quia neutro generi conuenit, vt illud templum.

Genera pronominum quot ſunt? Quatuor. Quæ? Maſculinum, fœmininum, neutrum, & omne, Omitto commune. Nam talis qualis, nomina ſunt, non autem pronomina.

Ego cuius numeri? Singularis, dic vt in Nomine.

Ego cuius perſonæ? Primæ. Quare? Quia ſignificat rem de ſe loquentem.

Quot ſunt Pronomina primæ perſonæ? vnum. Quod eſt? Ego mei, &c.

Tu cuius perſonæ? Secundæ. Quare? Quia ſignificat rem, ad quam fit ſermo.

Quot ſunt Pronomina ſecundæ perſonæ? Vnum. Quod eſt? Tu, tui, vel tis, &c. Cum vo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

catiuis à meus noſter & noſtras.

Ille cuius perſonæ? tertiæ. Quare? Quia ſignificat rem, de qua fit ſermo.

Quot ſunt talia? Reliqua omnia.

Perſonæ pronominum quot ſunt? Tres. quæ? Prima vt ego, Secunda vt tu. Tertia vt ille.

Quod Pronomen habetur omnis perſonæ? Ipſe. Quomodo? Dicimus enim, ipſe lego, ipſe legis, ipſe legit.

Quod eſt huic ſimile nomen? Relatiuum, qui, quæ, quod. Quomodo? Dicimus enim, vides me qui lego, diligo te qui ſtudes, placet Deo qui mandata eius cuſtodit.

Ego cuius Figuræ? Simplicis, dic vt in nõine.

Idem cuius Figuræ? Compoſitæ. Vnde componitur? Ab is & demum, quaſi is iterum.

Pronomina quot modis componuntur? Quatuor. Quibus? Ex duobus integris, vt egoipſe, Ex duobus corruptis, vt idem. Ex integro, & ſyllabica adiectione, vt egomet, tuimet, ſuimet, Nec dicitur tumet, ſed tute & tutemet, hiccine, hiſce, ſuapte. Ex corrupto & integro, vt iſthic, ab iſte & hic. Aliquando ex compluribus, vt noſmetipſi.

Quid eſt ſyllabica adiectio? Eſt aduerbium inſeparabile, extra compoſitionem nihil ſignificans, vt met, Nec dices cum ineptis, magiſter met neſcit.

Ego

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Ego cuius caſus ? Nominatiui, dic vt in Nomine.

Ego cuius declinationis ? Primæ. Quare ? Quia cum genitiuo mittit datiuum in i, vt ego mei mihi.

Quot ſunt Pronomina primæ declinationis ? Tria, Ego, tu, ſui.

Ille cuius declinationis ? Secundæ. Quare ? Quia mittit genitiuum in ius, vt ille illius, hic huius.

Quot ſunt Pronomina Secundæ declinationis ? Quinq;. Quæ ? Ille, ipſe, iſte, hic & is cum idem.

Meus cuius declinationis ? Tertiæ. Quare ? Quia mittit Genitiuum ſingularem in i, æ, i & Datiuum in o, æ, o, vt meus mea meum, mei, meæ, mei.

Quot ſunt Pronomina Tertiæ declinationis ? Quinque. Quæ ? Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.

Noſtras cuius declinationis ? Quartæ. Quare ? Quia mittit genitiuum ſingularem in atis, & datiuum in ati, vt noſtras, noſtratis, noſtrati.

Quot ſunt Pronomina quartæ declinationis ? Duo. Quæ ? Noſtras & veſtras, & declinantur vt Felix.

Ego quomodo declinatur ? Dic vt in Donato.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quotuplex eſt Pronomen? Quintuplex. Quomodo? Demonſtratiuum, Relatiuum, Poſſeſsiuum, Gentile, Reciprocum.

Ego quale Pronomen? Demonſtratiuum. Quare? Quia per ipſum aliquid monſtramus.

Quot ſunt Pronomina Demonſtratiua? Decem. Quæ? Ego, tu, hic, iſte, meus, tuus, noſter, veſter, noſtras & veſtras.

Is quale Pronomen eſt? Relatiuum. Quare? Quia per ipſum aliquid antedictum referimus, vt Paulus ludit & is legit.

Quot ſunt Pronomina Relatiua? Quatuor. Quæ? Is, ſuus, ipſe, & ſui.

Quot ſunt Pronomina aliquando demonſtratiua & aliquando relatiua. Vnum. Quod? Ille.

Meus quale pronomen eſt? Poſſeſsiuū. quare? Quia per ipſum poſsideri aliquid ſignificamus.

Quot ſunt Pronomina poſſeſsiua? Quinq;. Quæ? Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter.

Quod eſt nomen his ſimile? Cuius, cuia, cuium.

Noſtras quale Pronomen eſt? Gentile & Patrium, Quia per ipſum gentem patriamq; indicamus, vt noſtras, id eſt, noſtræ gentis vel patriæ.

Quot ſunt Pronomina gentilia? Duo. quæ? Noſtras & veſtras.

Quod

Quod eſt his ſimile nomen? Cuias.

Sui quale pronomen eſt? Reciprocum. Quare? Quia ſui ſignificationem in ſe refle-ctit, vt inuidus ſibi nocet.

Quot ſunt Pronomina reciproca? Duo. Quæ? Sui & ſuus.

DE VERBO.

AMo quæ pars? Verbum. Quare? Quia eſt pars orationis cum tempore & Per-ſona ſine caſu, agere aliquid aut pati aut neu-trum ſignificans: Agere, vt verbero, vnde ver-bum, quia aërem verberat cum profertur. Pa-ti, vt verberor: Neutrum, vt ſum.

Quomodo intelligendum eſt ſine caſu? In-telligendum eſt ſine caſu, cui genus maſculi-num, fœmininum, aut neutrum adeſt, nec ge-rundia vel participialia verba excludantur, vt amandi, amando, amandum.

Amo quale verbum? Perſonale. Quare? Quia niſi ſit defectiuum, per tres diſtinctas per-ſonas in vtroq; numero coniugatur, vt amo amas amat, amamus amatis amant.

Oportet quale verbum? Imperſonale. Qua-re? Quia cum non ſit plenum, coniugatur ſo-lum per vocem ſimilem tertiæ perſonæ ſingu-laris numeri, vt Oportet, oportebat, oportuit, oportuerat, oportebit, &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quotuplex eſt igitur verbum? Duplex. Quomodo? Perſonale & imperſonale.

Oportet quale imperſonale eſt? Actiuæ vocis. Quare? Quia in te deſinit, & vernacule dicitur per maa/ vt oportet, Det maa være. vel ſic, oportet, Det er fornøden.

Amatur quale imperſonale? Paſsiuæ vocis. Quare? Quia in tur deſinit, & Danice per man dicitur, vt amatur, mand elſkis.

Quotuplex eſt igitur imperſonale? Duplex. Quomodo? Actiuæ vocis & Paſsiuæ vocis.

Verbo quot accidunt? Septem. Quæ? Qualitas, Coniugatio, Genus, Numerus, Figura, Tempus, Perſona.

Amo cuius qualitatis? Qualitas verbi eſt in modis & formis.

Modi verborum quot ſunt? Quinq;. Quæ? Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus, Infinitiuus.

Quare omittis modum imperſonalem, quem ponit Donatus? Quia cum verbum imperſonale modos habet vt perſonale, Inde ab alijs inter modos non locatur.

Amo cuius modi? Indicatiui. Quare? Quia per ipſum aliquid indicamus vel aſſerimus, vt amo ſcientiam.

Ama cuius modi? Imperatiui. Quare? Quia per ipſum aliquid imperamus, vel oramus, vt

Paren-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Parentes ama, Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Miſerere mei Deus.

Amarem cuius modi? Optatiui. Quare? quia per ipſum aliquid optamus, vt vtinam Deum amares.

Quæ ſunt Optatiui notæ? vtinam,o,ſi,vt, quam, & ſi qua ſunt aduerbia optandi alia, Da exemplum de vt. Ouidius de Diana: Oraq; retro flexit & vt vellet promptas habuiſſe ſagittas. Da exemplum de quam. Nero apud Suetonium: Quam vellem neſcire literas.

Da Optatiui exemplum ſine nota. Iphis Ouidiana: Vellem nulla forem.

Amem cuius modi? Coniũctiui. Quare? Quia ipſi alterũ verbum ſemper cõiungimus vel ſubiungimus, ideoq; ſubiunctiuus appellatur, vt cũ Deum ames,mandata eius ſeruare oportet.

Quæ ſunt notæ Coniunctiui? dum,cum,ſi, quin, niſi, & pauca alia.

Amare cuius modi? Infinitiui. Quare? Quia neq; numerum neq; perſonam finit, id eſt, per ſe recipit.

Quotuplex eſt infinitiuus? Triplex. Quomodo? Infinitiuus, Gerundius, & Supinus.

Amo cuius formæ? Perfectæ. Quare? Quia à nullo deriuatur.

Quomodo differunt hic forma & ſpecies? Nihil,ſi pleriſq; credimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Formæ verborum quot ſunt? Quatuor principales. Quæ? Perfecta, vt lego: Meditatiua, vt eſurio: Frequentatiua, vt lectito: Inchoatiua, vt ferueſco, caleſco. Reliqua cum formationibus dicentur alibi.

Eſurio cuius formæ? Meditatiuæ. Quare? quia cum Primitiuo ſignificat meditari, ſeu potius deſiderare, vt eſurio, id eſt, cupio eſſe, dicturio, id eſt, cupio dicere.

Quæ eſt Meditatiuorum terminatio? Vrio, vt cœnaturio, micturio, parturio, cacaturio.

Cuius cõiugationis ſunt iſta? Semper quartæ.

Lectito cuius formæ? Frequentatiuæ. Quare? Quia cum primitiuo ſignificat frequenter & aſſidue, vt lectito, id eſt frequẽter & aſsidue lego.

Quot ſunt terminationes Frequentatiuæ formæ? Tres. Quæ? To, vt clamito, dormito. So, vt curſo: Xo, vt nexo, & ſunt omnia talia verba primæ coniugationis.

Caleſco cuius formæ? Inceptiuæ vel Inchoatiuæ. Quare? Quia cum Primitiuo augmenti inchoationem ſignificat, vt caleſco, id eſt, incipio magis calere quam calui.

Quæ eſt horum verborum terminatio? Sco, ſemper tertiæ coniugationis, vt tepeſco, ſordeſco.

Amo cuius coniugationis? Primæ. Quare? Quia prima coniugatio eſt, cuius infinitiuus

habet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

habet a longum ante re vel ri, præter vnum, do, das, dare, quod corripitur, vt amo amare, amor amari, triſtor triſtari.

Doceo cuius coniugationis? Secundæ. Quare? Quia ſecunda coniugatio eſt, cuius infinitiuus habet e longum ante re vel ri, vt doceo, docere, meſereor meſereri.

Lego cuius coniugationis? Tertiæ. Quare? Quia tertia coniugatio eſt, cuius infinitiuus habet e breue ante re, vel indicatiuus in præſenti ante ris, vt lego legere, loquor loqueris.

Audio cuius coniugationis? Quartæ. Quare? Quia quarta coniugatio eſt, cuius infinitiuus habet i longum ante re vel ri, vt audio audire, largior largiri.

Coniugationes verborum quot ſunt? Quatuor. Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta.

Cur ergo Donatus ponit ſolum tres? Quia tertiam diuidit in tertiam breuem, & tertiam longam quam nos quartam vocamus.

Prima quæ eſt ſecundum Donatum? Non diſcimus. Quare? Quia breuius & æq; vtiliter magiſter aliter nos docuit, licet Donatus nihil falſum dixerit. Dic vbi poſſunt hæc diſcerni? Non diſcimus, niſi quod eo & queo in futuro melius faciant ibo & quibo, quam eam & queam, licet ſint quartæ coniugationis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Amo cuius generis ? Actiui, Quare ? Quia deſinit in o & accepta litera r, facit ex ſe paſſiuum in or, vt amo amor.

Cuius generis eſt legor ? Paſsiui, quia deſinit in r, & ea dempta redit in o actiuum, vt legor lego.

Cuius generis eſt ſedeo ? Neutri. Quare ? quia in o deſinit, & accepta r, latinum non eſt, nam ſedeor non dicitur.

Cuius generis eſt loquor ? Deponentis. Quare? Quia deſinit in r, et ea dempta latinum non eſt, nam loquo non dicitur.

Cuius generis eſt largior? Communis. Quare ? Quia in r deſinit, quam dimittere nequit, & vtramq; capit ſignificationem, actiuam & paſsiuam, vt oſculor te, oſculor à te. Vulgatiora his continentur verſibus: Largior, experior, veneror, moror, oſculor, hortor, Criminor, amplector, interpretor, hoſpitor, adde.

Genera verborum quot ſunt ? Quinq;. Quæ ? Actiuum, Paſsiuum, Neutrum, Deponens, & Commune.

Sum cuius coniugationis aut generis ? Nullius. Quare ? Quia eſt penitus anomalon. Quare ? Quia non coniugatur vt amo, doceo, lego vel audio. Etiam nec in o, nec in or deſinit.

De numero & figura, dic vt in nomine.

Quot

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quot modis verba componuntur? Quatuor, vt in Nomine, veluti dedoceo, efficio, alludo, adobruo.

Amo cuius temporis? Præſentis. Quare? Quia rem nunc eſſe vel fieri ſignificat.

Amabam cuius temporis? Præteriti imperfecti. Quare? quia rem fuiſſe inceptam ſignificat, nondum tamen perfectam.

Amaui cuius temporis? Præteriti perfecti Quare? quia rem perfecte actam ſignificat.

Amaueram cuius temporis? Præteriti pluſquamperfecti. Quare? Quia rem perfectam diutile præteriiſſe ſignificat.

Amabo cuius temporis? Futuri. Quare? Quia rem futuram eſſe ſignificat.

Quot ſunt tempora in verbo? Tria. Quæ? Præſens, Futurum, & Præteritum, quod eſt triplex, vtputa, imperfectum, perfectum, plusquamperfectum.

Amo cuius perſonæ? Primæ. Quare? quia attribuitur rei de ſe loquenti, vt ego amo.

Amas cuius perſonæ? Secundæ. Quare? quia tribuitur rei ad quam fit ſermo, vt tu amas.

Amat cuius perſonæ? Tertiæ. Quare? quia attribuitur rei de qua fit ſermo, vt Petrus amat.

Quot ſunt perſonæ? Tres. Quæ? Prima, vt lego, Secunda, vt legis, Tertia, vt legit.

Amas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Amas vnde formatur? Ab amo, mutato o in as.

Quot tempora formantur, à præſenti indicatiui? Quæcunq; non formantur à præterito perfecto indicatiui.

Quomodo formantur? Id nondum diſcimus, quia per ſimilitudinem ſiue proportionẽ verborum, amo,doceo, lego, audio, coniugationem aliorum facilè noſcimus.

Quot tempora formantur à præterito perfecto indicatiui? Quinq;. Quæ? Pluſquamperfectum in ram. Pluſquamperfectum in ſem, Optatiui & coniunctiui modi. Perfectum coniunctiui in rim. Futurum eiuſdem modi in ro, Pluſquamperfectum Infinitiui in ſe.

Amaueram quomodo formatur? Ab amaui,mutata i in e fit amaue, addita ram fit amaueram. Amauiſſem ab amaui, addendo ſ & ſem. Amauerim & amauero ab amaui, i in e fit amaue, adde rim vel ro, fit amauerim amauero. Amauiſſe ab amaui, addendo, ſ & ſe, fit amauiſſe, ſic á dedi dederam, &c.

Amauerim, poteſt ne eſſe Optatiui modi præteriti perfecti? Poteſt certe, vt docet Diomedes, & meminit Priſcianus. Da exemplum, Vergilius libro ſexto. Hæc troiana tenus, fuerit fortuna ſecuta, hic intelligitur vtinam fuerit.

Luca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Lucanus lib. I. Conditor arcis, Finxit iſta Tages, id eſt, vtinam Tages ille finxerit, &c. De formationibus da verſum Præteritum verbi ram, ſem, rim, ro, ſe, creabit.

Amo dic vernacule. Amo, ieg elſker. Amabam, ieg elſkte. Amaui, ieg haffuer elſkt. Amaueram, ieg haffde elſkt. Amabo, ieg ſkal elſke.

Amor, ieg elſkis. Amabar, ieg elſktis. Amatus ſum vel fui, ieg vaar elſkt. Amatus eram vel fueram, ieg haffde veret elſkt. Amabor, ieg ſkal elſkis.

Reliqua Præceptor declaret, quia eodem modo fit in aliis modis eiuſdem temporis, ſi modo vim conſideremus.

DE ADVERBIO.

Hodie quæ pars? Aduerbium. Quare? Quia eſt pars orationis, quæ adiecta verbo ſignificationem eius explanat atque implet, aliquando etiam aut mutat aut minuit, vt fortiter pugnat, non ibo, parum comeſt.

Vnde dicitur Aduerbium? Ab ad, id eſt, iuxta, & verbum, quia iuxta verbum ponitur vt declaret eius ſignificationem.

Aduerbio quot accidunt? Tria. Quæ? Significatio, Comparatio, Figura, cui coniungimus ſpeciem.

Hodie

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Hodie cuius ſignificationis? Temporis. Quare? quia per ipſum tempus ſignificamus.

Significationes aduerbiorum quot ſunt? Ignoratur numerus, neq; enim omnes ponit Donatus.

Significatio aduerbiorum in quo eſt? quia ſunt aduerbia, aut loci, aut temporis, &c. vide Donatum.

Hodie cuius gradus comparationis? Nullius, quia eius ſignificatio non poteſt augeri vel minui in comparando.

Hodie cuius Figuræ? Compoſitæ. quare? dic vt in Nomine.

Docte cuius gradus? Poſitiui. Quare? dic vt in Nomine.

Vnde componitur hodie? Ab hoc & die.

Quot modis aduerbia componuntur? quatuor, vt in nomine, veluti quare, efficaciter, inepte, hodie, quamobrem.

Hodie cuius ſpeciei? Deriuatiuæ.

Non cuius ſpeciei? Primitiuæ. Dic vt in Nomine.

Vnde veniunt aduerbia? A nomine, vt docte, fortiter, ſolerter, ſapienter, viritim, oſtiatim. A pronomine, vt iſtuc. A verbo, vt ſenſim, curſim. A pronomine & verbo, vt pedetentim. A præpoſitione, vt intro, &c.

Quot ſunt interrogatiua locorum. Sex quæ?

Quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quo id eſt, ad quem locum,vt quo vadis? Vbi id eſt, in quo loco,vt vbi habitas,non vbi vadis. Qua, id eſt, per quem locum, vt qua itur hinc ad templum diuæ Catharinæ. Vnde, id eſt,de quo loco,vt,vnde venis. Quorſum, quẽ locum verſus. Quouſqꝫ, id eſt,quam longe.

Quæ aduerbia reſpondentur ad quo? Huc ad locum, vbi nos ſumus. Iſtuc,ad locum,vbi tu es,aut vos eſtis,vt,niſi huc veneris,cum tuo malo accedam iſtuc. Illuc,ad locum,vbi ille eſt, vel illi ſunt. Siquo,ſi ad aliquem locum. Nequo, ne ad aliquem locum. Alio, ad alium locum. Eo, ad eum locum. Eodem,ad eundem locum, ſic intro, foras, vtroqꝫ, nuſquam, &c.

Quæ reſpondentur ad qua? Hac, per locũ vbi ego ſum. Iſtac, per locum vbi tu es. Illac, per illum locum. Alia , per alium locum, ſic aliqua, ea, eadem, vtra, nequa, ſiqua, &c.

Quæ aduerbia reſpondentur ad vbi? Hic, vbi ego ſum. Iſtic,vbi tu es. Illic,vbi ille eſt, Ibi, in eo loco, Ibidem, in eodem loco, Alibi, in alio loco , Alicubi , in aliquo loco , intus, foris, &c.

Quæ aduerbia reſpondentur ad vnde? Hinc à loco vbi ego ſum. Iſtinc,à loco vbi tu es. Illinc,ab illo loco. Aliunde,ab alio loco. Alicunde,ab aliquo loco. Necunde,ne de aliquo loco. Intus,ab interiore loco. Foris,ab exteriore

loco

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

loco. Vtrinq; , ab interiore loco, Superne, à ſuperiore loco. Inferne, ab inferiore loco. Cœlitus, à cœlo. Funditus, à fundo, &c.

Quæ reſpondentur ad Quorum? Horſum, illorſum, dextrorſum, retrorſum, leuorſum, ſurſum, deorſum, &c.

Quæ reſpondentur ad Quouſq;? Hucuſq; iſtucuſq;, illucuſq;, introuſq;, forasuſq;, & ſi qua ſunt ſimilia.

DE PARTICIPIO.

AMans quæ pars orationis? Participium. Quare? Quia eſt pars orationis partem capiens nominis, partemq; verbi. Recipit enim à Nomine, genera & caſus: à verbo, tempora & ſignificationes: ab vtroq; numerum & figuram.

Vnde dicitur participium? A partem capiendo, quaſi particapium.

Participio quot accidunt? Sex. Quæ? Genus, caſus, tempus, ſignificatio, numerus, figura.

Amans cuius generis? Omnis, dic vt in Nomine, & ſimiliter de numero, figura & caſu.

Tempora participiorum quot ſunt? Tria. Quæ? præſens, præteritum, & futurum.

Amans cuius temporis? præſentis & præteriti imperfecti. Quare? Quia eius temporis eſt omne participium in ans & in ens.

Amans

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Amatus vnde formatur? A præterito imperfecto amabam, mutando bam in ns. Sic formatur omne præſens à bam vel bar, vt loquebar loquens, Præter ibam, iens, quibam quiens.

Amatus cuius temporis? Præteriti perfecti & pluſquamperfecti. Quare? Quia eius temporis eſt omne participium, deſinens in tus, ſus, xus, uus, vt lectus, ſciſus, nexus, mortuus, quod ſolum eſt.

Amatus vnde formatur? A poſteriore ſupino, amatu, adiecta s, ſic à lectu lectus, &c.

Amaturus & amandus cuius temporis? Futuri. Quare? Quia futuri temporis eſt omne participium in rus & dus deſinens.

Amaturus vnde formatur? A poſteriore ſupino adiecta rus, vt amatu amaturus, lectu lecturus, lectura, lecturum.

Amandus vnde formatur? A genitiuo præſentis, mutata tis in dus, da, dum, vt, Ab amans amantis fit amandus, amanda, amandum, ſic legens legentis, legendus, &c.

Quomodo declaratur participium in vernacula lingua? Præſens ſic: Amans, elſkendis. Docens, lærendis. Præteritum ſic: amatus, elſkt. doctus, lært. Futurum in rus declaratur ſæpius per relatiuum, vt amaturus qui amabit, &c. In dus ſic amandus, bliffuer elſkt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Amans cuius ſignificationis? Actiuæ. Quare? Quia ab actiuo verbo deſcendit quod eſt amo.

Amatus cuius ſignificationis? Paſſiuæ. Quare? Quia à paſſiuo deſcendit, quod eſt amor.

Stans cuius ſignificationis? Neutralis. Quare? Quia a neutro deſcendit, quod eſt ſto.

Loquens cuius ſignificationis? Deponentis. Quare? Quia a deponenti deſcendit, quod eſt loquor.

Oſculans cuius ſignificationis? Communis. Quare? Quia a Communi deſcendit, quod eſt oſculor.

Significationes participiorum quot ſunt? Quinque. Quæ? Actiua, Paſſiua, Neutra, Deponens & communis.

Ab actiuo quot? duo &c. dic ſecũdũ Donatũ.

Quot modis participium fit nomen? Quatuor. Quibus? Mutatione regiminis, vt amans vini. Comparatione, vt amans, cum facit comparatiuum amantior. Compoſitione, cum verbum ita non componitur, vt innocens, indoctus, nam neque innoceo, neque indoceo dicitur, Amiſſione temporis, vt amandus, pro dignus amari.

Declinationes Participiorum quot ſunt? Tres. Quæ? Prima. vt lecta, lectæ, vt Muſa. Secunda, vt lectus lecti, & lectum lecti, vt dominus, & ſcamnum. Tertia, vt amans amantis, legens legentis, vt felix.

Cuius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Cuius ſpeciei ſunt Participia ? omnia deri-
uatiua, deriuantur enim à verbis.

DE CONIVNCTIONE.

ET, quæ pars orationis ? Coniunctio. Quare ? Quia eſt pars orationis annectens, ordinansq; ſententiam.

Vnde dicitur Coniunctio? A coniungendo, quia certas partes in oratione coniungit.

Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? Poteſtas, Figura & Ordo.

Poteſtas quid eſt ? Eſt coniunctionis vis.

Et, cuius poteſtatis ? Copulatiuæ. Quare ? Quia tam ſenſum quam dictionem coniungit, vt, doctus & bonus es.

Vel, cuius poteſtatis ? Diſiunctiuæ. Quare? Quia dictionem connectens ſenſum diſiungit, vt, bonus vel malus es.

Quidem cuius poteſtatis ? Expletiuæ. Quare ? Quia explet, id eſt, explanat ſenſum, & aliquando ſola feſtiuitatis gratia ponitur.

Nam cuius poteſtatis ? Cauſalis. Quare ? Quia rei cauſam demonſtrat.

Ergo cuius poteſtatis ? Rationalis. Quare ? Quia rei rationem demonſtrat.

Poteſtas coniunctionū quot habet ſpecies ? Quinq; principales, in quibus reliquæ conti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

nentur. Da copulatiuas, & vide Donatum.

De Figura dic vt in Nomine.

Et cuius ordinis? Præpoſitiui ordinis. Quare? Quia præponitur dictioni vel orationi, quam copulat, vt Deus & Homo.

Quot ſunt coniunctiones præpoſitiui ordinis? Quindecim. Quæ? Et, at aſt, ac, aut vel, nec, neq́, quando quatenus, ſin, ſiue, ſeu, neue, ni, quibus aliqui iungunt ſed.

Autem cuius ordinis? Subiunctiui. Quare? Quia poſtponitur dictioni vel orationi quam coniungit, vt, tu autem.

Quot ſunt coniunctiones ſubiunctiui ordinis? Octo. Quæ? Que, ve, ne, quoque, autem, quidem, vero, enim.

Igitur cuius ordinis? Communis. Quare? Quia tam præponi quam poſtponi poteſt.

Quot ſunt coniunctiones communis ordinis? Reliquæ omnes.

Ordines coniunctionum quot ſunt? Tres &c. vt Donatus declarat.

Que qualis coniunctio eſt? Enclitica ſiue inclinatiua. Quare? Qua præcedentem ſyllabam extollens, ipſa inclinatur.

Quot ſunt coniunctiones Encliticæ? Tres. Quæ? q́, ne, ve, vt, dixitq́, ſentiſne, communiterue.

DE

DE PRÆPOSI-
TIONE.

AD quæ pars orationis? Præpoſitio Quare? Quia eſt pars orationis, quæ præpoſita alijs partibus in oratione, ſignificationem earum aut complet, aut mutat, aut minuit, vt perdoctus, indoctus, ſubtriſtis.

Præpoſitio quot modis in oratione Locatur? Duobus. Quibus? Per compoſitionē, quando eſt pars dictionis compoſitæ figuræ, vt adamo. Per appoſitionem, quando non eſt pars dictionis compoſitæ figuræ, vt ad Patrem.

Vnde dicitur Præpoſitio? A præponendo. Quare? Quia præpoſitionis natura eſt præponi, præter pauculas, vt pube tenus, Romam verſus.

Præpoſitioni quot accidunt? Vnum tantum. Quod? Caſus.

Ad cuius caſus? Accuſatiui, Quare? Quia Accuſatiuo inſeruit, vt, ad patrem.

Caſus præpoſitionum quot ſunt? Duo. Qui? Accuſatiuus & Ablatiuus. Tenus quoq; genitiuum petit interdum, vt aurium tenus.

Quot ſunt Præpoſitiones accuſatiui caſus? Triginta & plures. Quæ ſunt? Ad, apud, ante &c. vide Donat.

A cuius caſus? Ablatiui. Quare? Quia ablatiuo caſui deſeruit, vt à domo.

 Quot

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quot ſunt præpoſitiones ablatiui caſus? Quindecim. Quæ? A, ab, &c. vide donatum.

In cuius caſus? Vtriuſq;. Quare? Quia vtriq; caſui deſeruit, accuſatiuo & ablatiuo. vt Eo in forum, Sum in cubiculo.

Quot ſunt præpoſitiones vtriuſq; caſus? Quatuor. Quæ? In, ſub, ſuper & ſubter.

Quando accuſatiuo caſui deſeruiunt? Dum motum ad locum ſignificamus, vt eo in ſyluam, curro ſub tectum.

Quando ablatiuo deſeruiunt? Dum quietem aut in loco motum ſignificamus: vt, ſto in platea, ſub tecto, quieſco ſuper viridi fronde.

In, pro erga, & contra, accuſatiuum tantum habet, vt pius in matrem, crudelis in plebem:

Sub, pro ante, accuſatiuum habent, vt, ſub noctem dixerit ille vale.

Super, fere accuſatiuum habet, niſi ſignificet de, tunc enim ablatiuum petit, vt, Multa ſuper Priamo id eſt, de Priamo.

Clam olim etiam vtriuſq; fuit, vt, clam patrem, & clam patre.

Procul aliquando videtur eſſe præpoſitio vtriuſq; caſus: vt procul dubio, & procul vrbe. Hæc & multa alia declarantur alibi.

Con, qualis præpoſitio? Inſeparabilis. Quare? Quia extra compoſitionem nihil ſignificat.

Quot

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quot ſunt præpoſitiones inſeparabiles ? Septem, Quæ ? Di,dis, &c. vide Donatum. Abs ſimplicis figuræ. Abſq; compoſitæ eſt.

DE INTERIECTIONE.

HEu,quæ pars orationis? Interiectio. Quare ? Quia eſt pars orationis, ſignificans mentis affectum voce incognita.

Vnde dicitur Interiectio ? Ab interijcior, id eſt,interponor : Nam alijs partibus orationis interijcitur,ſeriem orationis rumpens.

Interiectioni quot accidunt? Vnum. quod? Significatio tantum.

Quot ſunt ſignificationes Interiectionum? Pene innumeræ: Sunt enim aut gaudentis, aut dolentis, &c.

Heu,cuius ſignificationis? Dolentis. Quare ? Quia dolorem per ipſum indicamus. Da Dolentis, vt, heu, hei, o, ah. Da gaudentis,vt euax oh.

Da admirantis,vt papa,vah. Da expaueſcentis vel timentis, vt atat, hei, ah. Da deridentis, aha, ehe, eheu, oh, ei, ehu. Da exclamantis,vt proh,o,veh. Da iraſcentis, vt nefas, malum, infandum, pronefas, o.

Da laudantis, vt euge. Da vitantis,vt apage. Da ridentis,vt aha,he. Da reprehendentis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

vt atat. Da ſilentis. Vt aut, ſi. Da minantis. Vt veh. Eadem interiectio ſæpè eſt diuerſarum ſignificationum.

Quomodo infandum ſit interiectio? Nam interiectio ſit quicquid animus interijcit, quo detracto contextus manet integer. Vergilius primo Aeneidos: Nauibus (infandum) amiſſis vnius ab iram, Prodimur. Ordo enim erat: nos prodimur amiſsis nauibus ob iram vnius Iunonis, ſed cum exclamatione interijcit, infandum, quaſi dicat, Proh ſcelus indignum.

QVÆSTIVNCVLARVM DESPAVTERII, DE OCTO orationis partibus, Finis.

Deo gratias.

DESPAVTERII LATINITAS

pro pueris.

PRIMA.

Conſtructio quid eſt? Recta dictionum inter ſe ordinatio, vt pie Ieſu, pia Maria.

Quotuplex eſt Conſtructio? Duplex. Quomodo? Concordantia & Regimen.

Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quid eſt Concordantia? In genere,numero, caſu vel perſona conuenientia,vt beata vbera.

Quid eſt Regimen? Certi caſus exigentia,vt amo Deum, hic amo poſt ſe exigit accuſatiuū.

SECVNDA.

Deus ſanctus , eſt oratio benè Latina? Etiam. Quare? Quia adiectiuum & ſubſtantiuum concordant in genere , numero & caſu. Nam vtrumq; eſt maſculini generis , numeri ſingularis, caſus nominatiui.

Alia exempla ſunt , Pater meus, liber legendus, iniuſta nouerca , bona mater, durum lignum, turpe pecus, forte oppidum, ingentia mœnia.

TERTIA.

Ego pauper,eſt oratio congrua? Eſt. Quare? Quia demonſtratiuum,& res demonſtrata concordant in genere & numero & caſu. Nam ego eſt demonſtratiuum, generis maſculini (ſi de viro loquimur) numeri ſingularis, caſus nominatiui , pauper eſt res demonſtrata , eiuſdem generis , numeri & caſus. Cuius perſonæ eſt, Ego pauper? Primæ. Quare? Quia oratio demonſtratiui & rei demonſtratæ, ſequitur perſonam digniorem, hoc eſt, primam vel ſecundam, ideo dicimus? Ego pauper ſpernor, tu diues iniuſte laudaris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

QVARTA.

Deus viuit quem adoramus, eſt oratio con-grua? Quid ni. Quare? Quia antecedens, & relatiuum concordant in genere, numero, & caſu: Nam Deus eſt antecedẽs maſculini gene-ris, numeri ſingularis, perſonæ tertiæ. Quem eſt relatiuum, eiuſdem generis, numeri & per-ſonæ. De quibus relatiuis datur regula; Solum de qui, quæ, quod, ille, ipſe, is. Da plura exem-pla, te amo, qui me defendiſti, Mihi noces, qui te plurimum iuui. Virtutem cole, qua cœlum acquiritur. In templo tace, quod eſt domus dei.

QVINTA.

Quem quæritis? Ieſum Nazarenum, dici-tur ne latine? Maximè. Cur? Quia interro-gatiuum & reſponſiuum, ſine diuerſo regimi-ne concordant in caſu. Cur dicis ſine diuerſo regimine? Nam recte dicimus, Quanti emiſti? Magno. Cuius iſte liber eſt? Meus.

SEXTA.

Doctior illo, eſt bene latinum? Ita. Quare? Quia comparatiuus ablatiuuo gaudet niſi per partionem regat genitiuum, vt fortior ma-nuum. Qui ſcis an comparatiue an partitiue teneatur comparatiuus? Vbi venacule ſonat end/ tenetur comparatiue, vt ſum fortior te. Vbi vero ſonat fra/ tenetur partitiue, vt dex-tra eſt fortior manuum.

SEP-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

SEPTIMA.

Optimus plebis,eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia ſupperlatiuus genitiuum petit ſingularem nominis collectiui, aut pluralem nominis non collectiui, vt doctiſsimus poëtarum. Quid eſt collectiuum? Quod pro vnica re nunquam capitur, vt,turba, populus,grex, cohors, caterua.

OCTAVA.

Vrbs Roma, eſt ne bona latinitas? Eſt profecto. Quare? Quia quoties duo nomina ſubſtantiua, ad eandem rem pertinentia,ſine coniunctione in oratione connectuntur, debent eſſe eiuſdem caſus,iam hic vtrumq; eſt nominatiui vel vocatiui caſus.Da plura exempla?Pontius Pilatus, Viri Niniuitæ,Magiſter Hieronymus, Menſis Auguſtus, Fluuius Sequama, Arbor Sycomorum, Ieſus Chriſtus,virgo Maria.

NONA.

Liber Petri,eſt oratio congrua? Ita.Quare? Quia quoties duo nomina ſubſtãtiua ad diuerſa pertinentia, ſine coniunctione connectuntur in bono ſenſu, alterum debet eſſe genitiui caſus. Hic Petri eſt genitiui caſus. Sic Chriſta Gelli,Euangelium Ioannis,Epiſtola Pauli, Virgo virginum. Lumen Solis, virtus Dei, licet Deus ſit virtus, quia videntur pertinere ad diuerſa,quod ſatis eſt.

DE

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

DECIMA.

Ego ſum, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia verbum perſonale finiti modi, concordat cum nominatiuo ante ſe, in numero & perſona. Siquidē vtrumq; eſt ſingularis numeri, primæ perſonæ. Alia exempla ſunt. Ego lego, tu ſtudes, nos flemus, vos ridetis, illi rident. Nominatiuus vulgo ſupoſitum appellatur. Verbum autem appoſitum. Modi finiti ſunt, Indicatiuus, Imperatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus. Vni, ne pluraliter loquaris, vt ſaluete Domine Epiſcope. Nominatiuus ſubticetur ne interdum? Etiam, nam in omni verbo primæ vel ſecundæ perſonæ nominatiuus rectè intelligitur. Quomodo? Dicimus enim melius, vocor Petrus, appellaris Paulus, quam ſi ego, tuq; exprimas, ſic pluit, ſupple Deus. Aiunt Lolium facilè creſcere, ſupple homines. Ponitur ne aliquid loco Nominatiui? Sæpe. Quomodo? Dicimus enim, Furari malum eſt. Scire tuum nihil eſt. Tyrannos regnare pernicioſum eſt. Deo ſeruire regnare eſt.

VNDECIMA.

Me legere, dicitur ne apte? Ita. Quare? quia infinitiuus verbi perſonalis habet ante ſe accuſatiuum.

DVODECIMA.

Volo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Volo legere,eſt locutio congrua ? Etiam. Quare ? Quia quoties duo verba ſine coniunctione connectuntur, alterum eſt infinitiuum.

TREDECIMA.

Quis vocare,eſt oratio latina? Eſt. Quare ? Quia omne verbum ſubſtantiuum, omne verbum vocatiuum,& omne verbum,vim eorum tenens, regit poſt ſe nominatiuum, vocare ſiue vocaris, eſt verbum vocatiuum, & regit poſt ſe nominatiuum Quis, licet præponatur,quia eſt interrogatiuum, Alia exempla regulæ quæ ſunt ? Sum pauper, dicor diues,videor doctus.

Quid eſt verbum Subſtantiuum ? Per quod alia verba declarantur aut coniugantur. Quot ſunt verba ſubſtantiua ? Vnum,quod eſt ſum.

Quid fio,exto,exiſto,ſubſtantiua non ſunt ? Non. Quare ? Quia fio per ſubſtantiuum coniugatur,non alijs ſubſtat, Exto autem & exiſto, non magis ſubſtantiua ſunt, quam Synonima, prodio, emineo, aut adpareo.

Quid eſt verbum vocatiuum ? Quod nomen rei paſsiue indicat, vt dicor. Quot ſunt verba vocatiua ? Quinq;. Quæ ? Nuncupor, appellor, dicor, nominor, vocor. Quæ ſunt verba vim horum habentia ? Euado, videor, venio,fio,exto,exiſto, habeor, appareo, inſcribor, ſalutor, cognominor. Quomodo ? Dicimus

mus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

mus enim: Euado doctus, Videor probus, Ve-
nio potus, Fio Magiſter, Habeor inſons, Ap-
paret ſtupidus, Liber inſcribitur Exodus, Sa-
lutor Dominus, Cognominor Deſpauterius,
Baptizor Ioannes.

DECIMA QVARTA.

Amo Deum, eſt oratio latina? Etiam. Qua-
re? Quia omne verbum actiuum, cuiuſcunque
generis regit poſt ſe accuſatiuum. Da plura
exempla. Aro terram, Loquor vera, Furor au-
rum, Oſculor matrem. Quomodo noſcitur hic
accuſatiuus, vt, Bibo vinum, Vinum bibitur
à me.

QVINDECIMA.

Amor à præceptore, eſt oratio congrua?
Maximè, Quare? Quia omne verbum paſsi-
uum, cuiuſcunque generis, regit poſt ſe ablati-
uum, mediante præpoſitione a vel ab. Da alia
exempla, Patior à nouerca, Vapulor à patre,
Oſculor à matre, Complector à virgine. Iun-
guntur ne his aliqua? Etiam, tam nomina quã
verba. Quomodo? Dicimus enim, Accepi à
nuncio, Audiui ab Antonio, Emi à mercatore,
Alter ab vndecimo, Alius, ab hero.

SEDECIMA.

Studeo Grammaticæ, eſt oratio congrua?
Etiam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Etiam. Quia omne verbum acquiſitiue poſitum regit poſt ſe datiuum. Da exempla plura, Adſum lectioni, Benefacio tibi, Condormio patri, Faueo bene diſcenti, Aſſurgo ſeni, Incumbo pecuniæ, Medeor vulneri, Aſſentior diuiti. Opitulor miſero, ſic Iuuo pauperem, Famulor potenti, Pareo præſuli, Præſideo gymnaſio, Noceo reipublicæ, Pugno hoſti, Parco pœnitenti, Dolet mihi.

DECIMA SEPTIMA.

Do tibi panem, eſt Locutio congrua? Etiam. Cur? Quia omne veebum actiuum acquiſitiue poſitum, vltra accuſatiuum regit datiuum vt miſceo Butyrum lacti, Ago domino gratias, Indico ventri bellum, Præfero virtutē diuitijs.

DECIMA OCTAVA.

Ieiunaui biduum, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia omne verbum vbi quæſtio fit per quam diu, regit accuſatiuum, vel ablatiuum temporis. Quare dixiſti per quam diu, quia ad quando, ſolo ablatiuo reſpondetur.

DECIMA NONA.

Amans Deum, eſt oratio latina? Etiam. Quare? Quia omne participium cum gerundio, & priore ſupino regit poſt ſe caſum verbi ſui: Vt, Sudens muſicæ, Venio lectum hiſtoriam, Tempus canendi hymnum, Amatus à Deo, Redditurus rationem.

VICE-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

VICESIMA.

Vado ſcriptum, eſt ne bonum Latinum? Eſt. Quare? Quia prius ſupinum cum verbo motus ad locum conſtruitur, vt poſterius aliquando cum verbo motus de loco. Cato: Primus cubitu reſurgat, poſtremus cubitum eat. Plautus. Obſonatu redeo.

VICESIMA PRIMA.

Rarum inuentu, dicitur ne pulchre? Quid ni. Quare? Quia ſupinum in u cum adiectiuo locatur, vt difficile dictu, miſerabile viſu, dignum auditu.

VICESIMA SECVNDA.

Studui Louanij, Eſt oratio benè latina? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum primæ vel ſecundæ declinationis, ſingularis numeri, cum appellatiuis, domi, militiæ, & belli, humiq́ue, ponuntur pro aduerbijs in genitiuo, vbi quæſtio fit per vbi, vt, ſum Romæ, Vitebergæ, Domi, Gandaui.

VICESIMA TERTIA.

Natus Athenis, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum pagorumq́ue tertiæ declinationis, vel pluralis numeri, cum appellatiuo ruri, ponuntur pro aduerbijs in datiuo, nonunquam in ablatiuo, vbi quæſtio fieret

fieret

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

ſieret per vbi, vt, habito Tygũri, natus Char-thagini, educatus Coloniæ, verſor Lipſiæ, con-tinens ſe ruri.

VICESIMA QVARTA.

Vado Romam, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pago-rum, ſine præpoſitione in accuſatiuo ponun-tur, vbi quæſtio fieret per quo, cum rus & do-mus, vt eo domum.

VICESIMA QVINTA.

Venio Gandauo, dicitur ne latine? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pago-rum, ponuntur in ablatiuo, ſint præpoſitione, vbi quæſtio fieret per qua, vel vnde, iungun-tur rure & domo, vt venio domo.

VICESIMA SEXTA.

Vado ad domum, eſt oratio congrua? Eti-am. Quare? Quia doctiſsimi proprijs oppido-rum, pro aduerbijs loci inueniuntur præpo-ſitionem addere, cum nominibus rus &c. licet præpoſitio in his longe ſæpius omittatur.

VICESIMA SEPTIMA.

O Mœlibœe, dicitur ne latine? Etiam. Quare? Quia aduerbium O vult vocatiuum.

VICESIMA OCTAVA.

Canto ſuauiter, eſt locutio congrua? Eti-

D am,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Etiam. Quare? Quia aduerbium adiacet ſuo verbo, in bono ſenſu.

VICESIMA NONA.

Parum ſapientiæ, eſt oratio latina? Etiam. Quare? Quia non nulla aduerbia loci, temporis, & quantitatis, ornate regunt genitiuum, vt huccine rerum, eo ſuperbiæ, nuſquam terrarum, vbi gentium, interea temporis, pridie Paſchæ, poſtridie nuptiarum, ſatis pecuniæ, modicum vini, abunde ingenij.

TRICESIMA.

Vir & vxor, eſt oratio congrua? Eſt. Quare? Quia coniunctio habet ſimiles caſus ſine diuerſo regimine. Cur dicis, diuerſo regimine, propter talem orationem, res meas & Petri, emi aureolo & pluris.

TRICESIMA PRIMA.

Vir & vxor litigant, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia oratio ex copulatis per coniunctionem copulatiuam, eſt pluralis numeri. Ergo verbum debet eſſe pluralis numeri. Talis oratio, cuius perſonæ? Eiuſdem cum parte digniore, vt ego tuq;, ego & ille, ſunt primæ perſonæ. Tu & ille, ſecundæ perſonæ. Talis oratio, cuius generis? Eiuſdem cum genere digniore, in rebus animatis, vt vir & vxor maſculini, Lena & ſcortum, fœmini. Quod

ſi inani

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

ſi inanimata fuerint? Oratio erit neutri gene-
ris, vt virga & baculus, mors & vita.

TRICESIMA SECVNDA.

Ad patrem, eſt oratio congrua? Etiam. Quare? Quia ad eſt præpoſitio accuſatiui caſus.

TRICESIMA TERTIA.

A domo, eſt oratio bene latina? Ita. Quare? Quia á eſt præpoſitio ablatiui caſus. Tenus aliquando habet genitiuum, vt nubium & hoſtium tenus, in ſingulari verò ſemper ablatiuum, vt titulo tenus.

TRICESIMA QVARTA.

Hei mihi, dicitur ne latine? Etiam. Quare? Quia hei & veh petunt datiuum, vt veh ſoli, licet Plautus dixit, veh te. O & heu, volunt nominatiuum, accuſatiuum & vocatiuum, & proh, vt heu me miſerum, heu priſca fides. O fortunati. O nobilem animum. O fortunatos nimium (bona ſi ſua norint) agricolas. Proh ſumme Iupiter, proh Deum atq; hominum fidem.

FINIS.

Adiecimus Quæſtiunculas de decem præceptis Decalogi, De articulis fidei, De oratione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Dominica, & id genus reliqua, vt ab ineunte ætate ſacris moribus aſſueſceretis, circa quos vana ſunt omnia, aſſueſcere optimis à pueritia ne quippiam dediſcere opus ſit magno cum damno & difficultate.

QVO PACTO PÆDAGOGI SVOS PVEROS DECEM PRAEcepta ſimpliciſsimè docere debeant.

1. Non habebis Deos alienos.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Nos debemus Deum ſupra omnia timere, diligere & illi confidere.

2. Non aſſumes nomen Dómini Dei tui inuanum.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne per nomen eius maledicamus, iuremus, incantemus, mentiamur, aut dolis fallamus. Sed in omni neceſsitate illud inuocemus, adoremus, & cum gratiarum actione laudemus.

3. Memen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

3. Memento vt diem Sabbathi ſanctificces.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne diuinos ſermones, eius verbum contemnamus, Sed vt ſanctum reputemus, libenter audiamus & diſcamus.

4. Honora Patrem & Matrem, vt ſis longæuus ſuper terram.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne parentes, & dominos noſtros contemnamus, neq; ad iram commoueamus. Sed honore afficiamus, illis ſeruiamus, morem geramus amore eos proſequamur, & magnificamus.

5. Non Occides.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne vitæ proximi noſtri incommodemus, aut ægré faciamus. Sed illum adiuuemus, & promoueamus in omnibus vitæ neceſsitatibus.

6. Non Mœchaberis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, vt caſte & pudice viuamus in verbis & operibus, vt vnuſquiſq; ſuam coniugem amet & honoret.

7. Non furtum facies.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne proximo ſuam pecuniam aut ſua bona auferamus, neq; falſis mercibus aut impoſtura ad nos pertrahamus. Sed demus operam, vt illius opes conſeruantur, & eius conditio melior reddatur.

8. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne proximum falſis mendacijs inuoluamus, prodamus, traducamus, aut infamia aliqua afficiamus. Sed illum excuſemus, aliquid boni de eo loquamur, omnia in meliorem partem interpretantes.

9. Non concupiſces domum proximi tui.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne hæreditatem, vel domum proximi, dolo malo captemus, & ſub ſpeciei recti noſtris facultatibus adiungamus, Sed detur opera ſedulò, vt iſta proximo diligenter cuſtodiantur.

10. Nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Debemus Deum timere & diligere, ne proximo vxorem, ſeruos, ancillas, vel pecudes ſuas abalienemus, aut abſtrahamus. Sed illos adhortari oportet, vt maneant, & ſuum officium diligenter faciant.

Quid autem ſumatim dicit Deus, de his præceptis omnibus? Reſponſio. Sic dicit Exodi. xx.

Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me, & faciens miſericordiam in milia, his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Deus minatur pœnam omnibus, qui iſta mandata transgrediuntur. Debemus itaq; expaueſcere, & timere iram Dei, & nihil contra huiuſmodi præcepta facere. Rurſus promittit etiam ſuam gratiam, & omnia bona, omnibus qui mandata obſeruant. Merito igitur debemus nos Deum diligere, & illi confidere, & iuxta mandata eius omnem noſtram vitam ſedulo, & diligenter inſtituere.

QVO PACTO PÆDAGOgi ſuos pueros Symbolum Apoſtolicum ſimpliciſsimè docere debeant.

ARTICVLVS PRIMVS, de creatione.

Credo in Deum patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Credo quòd Deus creauit me vnà cum omnibus creaturis. Quòd corpus & animam, oculos, aures & omnia membra, rationem & omnes ſenſus mihi dedit, & adhuc ſuſtentat. Ad hæc,

quod

quòd veſtes, & calceos, cibum ac potum, do-
mum, vxorem, liberos, agros, iumenta, & om-
nia bona, cum omnibus vitæ neceſſarijs, co-
pioſe & quotidie largitur. Me contra omnia
pericula protegit, & ab omnibus malis libe-
rat ac cuſtodit. Et hæc omnia ex mera ſua
paterna ac diuina bonitate & miſericordia,
ſine vllis meis meritis, aut vlla dignitate. Pro
quibus omnibus, illi gratias agere, pleno ore
laudem tribuere, inſeruire, obſequi, merito
debeo. Hoc certiſsimè verum eſt.

ARTICVLVS SECVNDVS
de Redemptione.

Et in Ieſum Chriſtum filium eius vni-
cum Dominum noſtrum. Qui conceptus
eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria vir-
gine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifi-
xus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad
inferna, tertia die reſurrexit à mortuis.
Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram
Dei patris omnipotentis. Inde venturus
eſt iudicare viuos & mortuos.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Credo quod
Ieſus Chriſtus verus Deus à patre, ante ſecu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

ſa genitus: Idemq; verus homo, natus ex Maria virgine, ſit meus Dominus, qui me perditum & damnatum hominem redemit, & ab omnibus peccatis, morte, & poteſtate Sathanæ liberauit, non quidem auro, aut argento, ſed ſuo ſancto ac precioſo ſanguine, ſuaq; immerita paſsione & morte, vt ego eſſem proprie ſuus, & in ſuo regno ſub ipſo viuerem ac liberaliter ſeruirem, in perpetua iuſticia & innocentia. Perinde ac ipſe à morte reſurrexit, viuit & regnat in æternum. Hoc certiſsime verum eſt.

ARTICVLVS TERTIVS.
de ſanctificatione.

Credo in ſpiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſsionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Et vitam æternam, AMEN.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Credo me proprijs rationis meæ viribus Ieſu Chriſto Domino meo fidere, aut ad eum accedere nullo modo poſſe. Sed Spiritus ſanctus, per Euangelium me vocauit, ſuis donis illumina-

uit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

uit recta fide ſanctificauit & conſeruauit, quemadmodum ſolet totam Eccleſiam in terra vocare, congregare, illuminare, ſanctificare, & in Ieſu Chriſto per rectam vnicam fidem conſeruare, In qua Eccleſia mihi, & omnibus Chriſtianis omnia peccata quotidie benigne remittit & nos omnes in extremo die à morte ſuſcitabit, mihi & omnibus in Chriſtum credentibus vitam æternam daturus. Hoc certiſsime verum eſt.

QVO PACTO PÆDAGOGI ſuos pueros orationem Dominicam ſimpliciſsimè docere debeant.

PRIMA PETITIO.

Sanctificetur nomen tuum.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Nomen Dei per ſe quidem ſanctum eſt. Verum nos oramus hac petitione, vt apud nos quoq; ſanctificetur.

Qua ratione fit iſtuc? Reſponſio. Cum verbum Dei pure & ſincere docetur, & nos ſecundum illud, vt filios Dei decet, pie viuimus, in quo adiuua nos, mi pater, qui es in cœlis. Qui

vero

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

vero aliter docet vel viuit, quam verbum Dei docet, ille nomen Dei inter nos prophanat. Ne autem hoc accidat, tu prouide mi Pater cœleſtis.

SECVNDA PETITIO.

Adueniat regnum tuum.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Regnum Dei venit etiam per ſe, ſine noſtra oratione, ſed petimus hac precatione vt ad nos quoq; perueniat.

Qua ratione fit iſtuc? Reſponſio. Cum pater cœleſtis dat nobis ſuum ſanctum ſpiritum, vt ſuo ſancto verbo, per ſuam gratiam credamus, ac pie hic temporalem, illic æternam vitam agamus.

TERTIA PETITIO.

Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Bona ac miſericors Dei voluntas, fit quoq; ſine noſtra oratione, ſed rogamus hac precatione, vt etiam fiat apud nos in cordibus noſtris.

Qua ratione fit iſtuc? Reſponſio. Cum Deus frangit, atq; impedit omne malum con-

ſilium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

ſilium & voluntatem, quæ nobis nomen Dei non ſanctificent, regnumq́ eius ad nos peruenire non ſinant, vt eſt diabolus, mundi & carnis noſtræ voluntas. Deinde cum confortat & obſeruat nos firmiter in ſuo verbo & fide, vſq́ ad finem vitæ noſtræ. Hæc eſt ſua miſericors ac bona voluntas.

QVARTA PETITIO.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Deus dat quidem omnibus panem quotidianum quamuis non petamus, etiam malis hominibus. Sed nos precamur hac petitione, vt cognoſcamus hoc, atq́ ita panem noſtrum quotidianum cum gratiarum actione accipiamus.

Quid autem ſignificat panis quotidianus? Reſponſio. Significat omne, quod ad vitæ noſtræ neceſsitatem ac ſuſtentationem pertinet, veluti cibum, potum, veſtes, calceos, domum, aream, agros, pecudes, pecuniam, diuitias, probam coniugem, probos liberos, probos ſeruos, probum ac fidum magiſtratum, bonum Reipublicæ ſtatum, commodam aëris,

tempe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

temperiem, pacem, ſanitatem, modeſtiam, honorem, bonos amicos, fidos vicinos, & id genus alia.

QVINTA PETITIO.

Et dimitte nobis debita noſtra.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Petimus hac prece, ne pater cœleſtis velit ſpectare peccata noſtra, atq; ita iſtorum remiſsionem nobis denegare. Quandoquidem nullis rebus, quas petimus, digni ſumus, ne quicquam mereri poſſumus, ſed vt velit nobis ſua gratia largiri omnia. Quia quotide multifariam peccamus, & nihil niſi pœnam meremur. Tunc nos quidem viciſsim ex corde condonabimus ijs, à quibus in nos peccatum eſt, illiſq; libenter benefaciemus.

SEXTA PETITIO.

Et ne nos inducas in tentationem.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Deus quidem neminem tentat. Sed tamen petimus, hac precatione, vt ipſe nos cuſtodiat & conſeruet, ne Sathanas, mundus, & caro noſtra, nobis imponat, & nos á recta fide ad ſuperſtitionem, deſperationem, atq; alia grauia ſcelera & flagitia ſeducant. Et vt maxime eiuſmodi tentationibus ſollicitemur, ne ſuccumbamus.

SEP-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

SEPTIMA PETITIO.

Sed libera nos à malo.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Oramus hac prece, tanquam ſummatim, vt Pater noſter qui in cœlo eſt, liberet nos ab omnibus malis ac periculis corporis & animæ, bonorum & honorum. Et vt tandem, cum hora mortis venerit, felicem vitæ exitum largiatur, noſq; pro ſua gratuita bonitate, ex hac miſeriarum valle, ad ſe in cœlum recipiat.

A M E N.

Quid hoc ſibi vult? Reſponſio. Vt ego ſim certus, eiuſmodi petitiones á patre noſtro cœleſti eſſe acceptas atq; auditas. Quia ipſe nobis mandauit, vt ad iſtum modum oremus promiſitq; ſe nos exauditurum eſſe. Amen, Amen, id quod ſignificat, Certe, Certe, hæc debent ita euenire.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

foto 8974

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 520 8°